



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regvlaris Ord. S. Avgvstini De  
Imitatione Christi Libri Qvatvor**

**Thomas <von Kempen>**

**Antverpiæ, 1617**

Cap. IV. De pura mente, & simplici intentione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45760](#)

ponenda, quām in non sentiendo contraria. Qui melius scit pati, maiorem tenebit pacem. Iste est victor sui & dominus mundi, amicus Christi & hæres cæli.

## CAP. IIII.

*De puramente, & simplici intentione.*

**D**VABVS alis, homo subleuatur à terrenis, simplicitate scilicet & puritate. Simplicitas debet esse in intentione, puritas in affectione. Simplicitas intēdit Deum, puritas apprehendit, & gustat. Nulla bona actio te impediet, si liber intus ab inordinato affectu fueris. Si nihil aliud, quām Dei beneplacitum, & proximi utilitatem intendis & quærvis, interna libertate perfrueris. Si rectum cor tuum esset, tunc omnis creatura speculum vitæ, & liber sanctæ doctrinæ esset. Non est creatura tam parua & vivilis, quæ Dei bonitatem non repræsentet. Rom. I.

2 Si tu esses intus bonus & purus, Prou. 3.  
Ps. 118 tunc omnia sine impedimento videores, & benè caperes. Cor purum, penetrat

D

netrat

netrat cælum & infernum. Qualis vnusquisque intus est, taliter iudicat exterius. Si est gaudium in mundo, hoc vtique possidet puri cordis homo: Et si est alicubi tribulatio & angustia, hoc melius nouit mala conscientia. Sicut ferrum missum in ignem, amittit rubiginem, & totum candens efficitur: sic homo integrè ad Deum se conuertens, à torpore exuitur, & in nouum hominem transmutatur.

*3* Quando homo incipit tepescere, tunc paruum metuit laborem, & libenter externam accipit consolacionem. Sed quando perfectè incipit se vincere, & viriliter in via Dei ambulare: tunc minùs ea reputat, quæ sibi priùs grauia esse sentiebat.

## CAP. V.

*De propria consideratione.*

Ier. 17.

**N**on possumus nobis ipsis nimis credere, quia sæpè gratia nobis deest, & sensus. Modicum lumen est in nobis, & hoc citò per negligentiam amittimus. Sæpè etiam non aduertimus,